



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Florianvs M. 4. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ad filium Imp. transmittere , regium utique donum. Agnovit ille signa victoriarum suarum , & summè veneratus toto imperio edixit , ne, quæ telsera salutis foret omnibus , posthac improborum foret supplicium. Clavorum altero diadematis frontem, altero frenos Imperatorios ornavit , certus majores nobilioresque uniones neque Indianam posse submittere. Ex Brev.

Quisquis desiderat ab omni vinculo maledictionis absolvit, & plenam novæ gratiæ benedictionem consequitur. Crucem diligat, ex qua omnis plenitudo benedictionis emanat; per Crucem se Dei mandatis astringat; per Crucem effrenis Carnis incentivas cohibeat. S. P. Dam. de Invent. Cruc.

S. FLORIANVS M. 4. Maij.

FLORIANVM, qui in adversis ignium injurias patronum invocamus, aquæ ad Superos transmiserunt Diocletiano Cæsare , in Novico Ripario Tribunus militaris agebat, cum instituta de Christianis quæstione , nomen suum ultrò detulit. Aquilinus loci præfetus fustuario primum ejus constantiam tentavit; deinde ubi Christi nomen extundi ei posse desperavit , in Anasium flumen precipitem egit. Impii mandati obedientiam carnifex repentinâ cæcitate huit. Corpus exanime appulsum in scopulos aquila turata est , Iovis olim, nunc FLORIANI satelles. Ipse Valeriam religiosam feminam ad justa persolvenda corpori suo excitavit , & pietati mercedem persolvit , salubrium aquarum scaturigine , quas ægris bibisse profuit. Igne periclitantibus propitium esse primus omnium carbonarius experimento didicit;

suis, quas ipse sufflaverat, involutus flammis FLORIANVM appellavit, & integro corpore à rogo emersit. Beneficium luculentius fuit, quam ut illud obscurare invidia vel oblivio posset. Inde posteris quoque mos traditus est FLORIANI imaginem cum urnâ aquariâ in fronte ædium dedicandi. Vos illam, o juvenes, etiam animis tutelam adsciscite, adversus multò tristiora incendia, quibus libido faces subdit, & perenne pabulum omnes corporis sensus subvehunt. Lingua, manus, aures, oculi, fatendum est, incendiarii sunt animæ.

Ex Surio.

O Ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintilla prava colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunatio, cuius finis gehenna. S. Hieron. in Ep.

S. PELAGIA V. & M. 4. MAY.

P ELAGIVM Tharsensem Diocletiani Cælique filius sponsam ambierunt, illi corporis, hic animi pulchritudine captus. Respuit mortalem procum Virgo, & cæleste conjugium præoptavit. Paranymphus Clino fuit Episcopus, quem divinitus sibi ostensum inter montium latebras reperit, ubi edocta est, qualis dos afferenda ad sponsum esset. Ea uno verbo innocentia appellatur, quam beati Genii domum PELAGIÆ tulere, cum lustrico fonte, qui ad Clinonis preces è ripe profluxit, tingeretur. Augusta præterea Virgo duplice diademate cincta, ut vel hinc terrarum Cælique Dominam intelligas, palam visendam se dedit, velut sanctorum sponsalium Antistes. Non fuit deinde difficile PELAGIAE hoc virginali mundo exculte,

bom-